



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De incendio hay. ca. vij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

sue viros de hsericho qui exploraret ciuita-  
tem hay q̄ est iuxta berbel. Qui reuertetes di-  
xerunt. Nō ascendat oīs p̄pls. Sufficiūt tria  
milla ad capiendā urbē. Josephus tñ dicit  
triginta milia. Qui cū ascendissent terga ver-  
teres percussī sunt a virtū vrbis hay. et corruer-  
rūt ex eis triginta et sex viri. Josue p̄o scidit ve-  
stimēta sua et iacuit p̄nus corāz arca vsq; ad  
vesperā. et senes ppli cū eo saccis induti liq̄-  
factū ē cor ppli. Crebant em̄ ne timor eoz  
q̄ inuaserat chanaanos transiret in audaciā  
adeo vt ip̄ctū facerēt i ip̄os. Dixitq; dñs ad  
iosue. Poluit est pplus anathemate: nec ero  
cū eo donec munde. Applica cras pplm ad  
te et fac forte p̄ tribz familias et dom̄ et capi-  
ta. Et quecūq; soz inuenit cōburef igni cū  
oī substantiā sua. Quo facto: inuenit soz tri-  
bum iude. deinde familiā zare. tandē domū  
charim. ad vltimū caput achor. Et dicit ei io-  
sue. Fili da gloriā deo p̄fitendo qd feceris.  
Quo p̄fesso missi sūt nūcij ad tentoriū ei. q̄  
p̄fara pecuniā recōditā in terra retulerūt ad  
populū. Tollēs itaq; iosue illū cū vnīuersa  
domo eius vnīuersa supellectilī et lumētis.  
Duxit eū in vallē pfundā. lapidauitq; eū oīs  
ppls et cūcta q̄ illi erāt igne cōsumpta sunt.  
Feceruntq; sup eū aceruū lapidū q̄ p̄manet  
vsq; in p̄sentē diē. Vocatūq; est nomen loci  
illī vallis achor. Recputandū est pplm ne  
glexisse mandatū dñi q̄ p̄ceperat eū p̄buren-  
dam. Nā in sacra scriptura ignis p̄ vehemē-  
ti pena accipi solet: vt ibi. de fornace ferrea  
egypti. purāt tñ hebrei dñm p̄cepisse lapida-  
ri ip̄m. et alta q̄ lapidibz obrui possent. cetera  
q̄ lapides nō sentirēt igne cremāda. Tradit  
tñ Aug. iosue fecisse hoc qdā p̄sideratione  
Aut em̄ penituit achor: et sic dignus nō erat  
igne gebennali: et sic illū noluit vrere qui dñs  
ignis nō erat. Vel si non penituit: et dñs  
ignis erat igne eterno. reseruauit dño penaz  
ignis. Puniuitq; eū alio genere pene ne vi-  
deret bīs punit in idipm.

De incendio hay. Capitulum VII.

## Ditea surrexit

**P** iosue. et oīs ppli cū eo vt ascende-  
rent in hay et p̄missē triginta milia  
viroz inter berbel et hay ad occidentes. Qui  
dimissis in locū insidiarū qnq; milibz redie-  
runt ad exercitū q̄ erat ad aquilonē. Rex autē  
hay festinauit mane egredi cū oīm p̄plo suo

ignozans q̄ post tergū laterent insidie. Jos-  
ue p̄o fugies cum longi p̄traxisset eos  
ab vrbe eleuauit cly-  
peum quez gerebat  
Quo viso: surrexerūt  
q̄ erant in insidijs et  
intranses urbem suc-  
cenderūt eā. Quibz egressis post hostes et ios-  
ue faciēte impetū in eos: ex vtraq; pte cede-  
batur aduersarij: et interfecerūt oīs a viro  
vsq; ad mulierē duodecim milia hoīm. p̄dā  
vero sibi diuiserūt: suspendētes regē hay in  
patibulo vsq; ad vesperā. et tūc deponentes  
eū p̄cecerūt eū in introitu ciuitatis. cōgesto  
sup eū acervo lapidū: succendētesq; urbē fe-  
cerūt eā tumultū sempiternū. Hic p̄occupat  
hīstoria d̄ altari illo qd factū est int̄ garzim  
et hebal: sup quē scripsit iosue deuteronomi-  
um. et de bñdictionibz et maledictōibz factis  
sup mōtes illos de q̄bz loco suo dicemus  
De dolo gabaonitaz et mulcta.

## Capitulum VIII. Gabaonite vero

**G** audietes q̄ fecerat iosue duabyz  
bibz. et q̄ ex mandato dñi nullē  
parceret habitantiū in terra p̄missiōis. nec  
amicicias cū eis faceret. callide cogitauerūt  
inire fed̄ cū isrl. miserūtq; nūcios q̄si de lon-  
ginq; venētes: q̄ in argumentū longi it̄-  
neris vtres ferebāt et sotulares veteres et p̄s-  
tacijs cōsutos. panesq; in sistarijs eoz du-  
ri erāt: et muscidi et frustra cōminuti: q̄ cū ves-  
nissent in galgalis dixerūt ad israhel. De terra  
longinqua venimus: q̄ est extra terram que  
forte vobis debet. serui vestri sumus inite  
nobiscū fedus Crediderūtq; eis filij israhel: et  
os domini nō interrogauerūt. Initoq; cuz  
eis federe: iurauerunt eis iosue et cleazar et  
omnes p̄ncipes multitudinis. Post tridu-  
um vero cognouit israhel se circūuentū esse  
a gabaonitis. mouentesq; castra venerūt vt  
euererēt ciuitates eoz. egressiq; sunt gaba-  
onite obutam eis: et ait iosue. Quare impos-  
sistis nobis. Qui dixerūt. Timuim⁹ valde  
et de p̄silio puldimus animabz nostris. factū  
te quod bonū vobis et rectū videtur. Tunc  
acclamauit populus nō esse standum iura-  
mento: quod per surreptionē factum erat. et  
presertim cū dominus inhibuisset talibus

BIBLIOTHEK PADERBORN